



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Secunda est consideratio preparatiue dispositionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

De desideranda utilitate Fo. xvii

Tertia est contemplatio desideranda de utilitate. **U**bi contemplari debemus utilitates maximas ex christi nostri natiuitate nobis puenientes. Circa hanc autem contemplationem notanda sunt tres considerationes.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis.

Secunda est consideratio preparatiue dispositionis.

Tertia est consideratio perfectiue inquisitionis.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis. ubi videtur consideranda est distinctio multiplex utilitatis ex domino natiuitate nobis puenientis. Est autem triplex huiusmodi beneficium

Primū est pacificatiue reconciliatiōnis

Secundū illuminatiue instructiōnis

Tertiū deificatiue filiatiōnis

Primū igitur est beneficium pacificatiue reconciliatiōnis. In cuius mysteriū natus est dominus ipse pacis et ipso nato cantauit angelus Gloria in excelsis deo in terra pacis hominibus bone voluntatis. ut habetur Luc. ii. Et Ep. ii. Ipse est pax nostra etc. Secundū beneficium illuminatiue instructiōnis. In cuius mysteriū natus est dominus illuminata est lux. Et claritas dei circumfulsit illi. Et ipse dominus dicitur Jo. vii. Ego sum lux mundi. Et Jo. i. Erat lux vera que illuminat omnem hominem uenturum in hunc mundum. Quante tenebre erant in mundo ante hunc lucis aduentum. Et dicitur Ps. ix. Populus qui ambulabat in tenebris. vidit lucem magnam. habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Sed heu nunc dicere possumus illud Jo. i. Lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Tertium est beneficium deificatiue filiatiōnis Gal. iii. Visitauit deus filium suum etc. ut adoptionem filiorum reciperem. Et Jo. i. Quoties autem receperit eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Jo. i. Videre qualem charitatem dedit nobis deus ut filii dei nominemur et simus. Aug. Deus factus est homo ut homo fieret deus. i. Pet. i. Maxima et preciosa vobis promissa donauit ut per hoc efficiamini diuine consortes nature. hec et alta multa beneficia innumerabilia que ex christi natiuitate pueniunt nos inducere debent ad hanc sacram

solemnitatem cum omni deuotione et spirituali leticia celebrandam. Legitur in lib. petri dionysii. quod in nocte natalis domini. quidam deuoto monacho vigilanti apparuit beata virgo maria tenens filium in gremio et colludens cum eo. Cui filius. O mater dulcissima quanta est hodie leticia hominibus de natiuitate mea in qua uis te innocentia. doctrine affluentia. miraculorum excellentia. sacramentorum celestium preminentiā et abundantiam secretorum eius gratias dedi. Sed contra. quanto dolore et indigna nunc diabolus cruciat videns deum incarnatum.

Secunda est consideratiue preparatiue dispositiōnis. ubi consideranda est dispositio preparatiua ad huiusmodi utilitates suscipiendas. Est autem precipue ad hoc necessaria triplex conditio que ex conditionibus pastorum accipi potest quibus reuelata est christi natiuitas.

Prima est humilitatis ac simplicitatis rectitudo. Erant enim pastores viri simplices et humiles. Quod multi tunc sapientes pharisaei principes multique diuites iacebant in leticia et eis non est reuelatus orator saluatoris. Mat. x. Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis.

Secunda est custodie sollicitudo. Erant enim custodientes gregem suum in qua designat quod christi natiuitas pdest eis que suas et commissas sibi animas custodiunt sollicitate. Deut. x. Anima tua sollicitate tua. Et Hier. vii. Passet unusquisque quos que sub manu sua sunt. Et Act. x. Attendite uobis et uniuerso gregi in quo posuit uos deus regere ecclesiam.

Tertia uigilantie promptitudo. Erant pastores uigilantes. Non enim apparet christus dormitantibus in peccatis et negligentibus. Ideo Ep. v. Surge que dormis et erurge a mortuo illi. te christe. Bern. Uigilantibus pastoribus annunciat gaudium lucis et quod esse natus saluator pauperum atque laborantibus non uobis diuitibus que uiam habetis consolatione non diuinam.

Tertia est consideratiō perfectiue inquisitionis. Ubi consideranda est spiritualis triplex conditio requisita ad querendum christum et predictas utilitates.

Prima est seruator mentalis affectionis. Hec est enim radix omnis boni. Ubi pastores

LL